fuerūt: q; uidelicet ad incōcessam libidinē pximus sit gradus: nam ubi uino calent mulieres facile labunt in libidinē: unde Terē sine ceref & baccho friget uenus, putabat ergo mulieres pudicas esse posse si uino se abstineret: & sine dubio uinū est magnū libidinis irritamentū: unde Aulus G. de noctib; atticis dicit: nō minori poena affici cōsueuisse mulieres: q; uinū bibisse depræhende renf: q; si aut pbrū: aut adulteriū cōmisissent poena aut capitalis erat. Dionysius quoq; lvi. Delinquēs ingt uxor in aliquo iudicē & magnitudinis poene dominū sortiebas eū q; Iesus erat cognati nāq; simul cū uiro de his iudicabat in qbus erat corporis corruptio de eo q; peccator; oīum uideſ græcis minimū: si qua inuenta esset mulier uinū bibens nā utraq; hæc mulctari morte cōcessit Romulus: Metellus q; uxore uinū bibisse dephēdit: eā interemit. Romæ at & in uniuerso latio: uino qd' prisca lingua temetū appellat: mulieres abstinebat: unde ēt abstemiae dictæ sunt lauretā: passum murenā: p uino bibebat: cognati eog; osculū afferebat: ut si uinū bibissent dephēdere possent. / A libero patre intemperatiæ. Ex ebrietate pficiſci libido. / Libero, Baccho: nā liber ille uideſ esse q; uini aliquāto plus sumpterit q; necesse foret: utpote oīa sibi licere existimans: & hīc liber nomē accepit. / Comitatis genere tēperata ēt indulgē. Suauitatis seueritas & remissio duæ sunt extremitates: comitas media est inter utrāq;: nam oīs uirtus semper medio duar; extremitatū posita ē: seueritas ē cū aliq; ne punctū qdē a ueritate discedit. Remissio cū oīa ai qdā oblectiōe remittit: comitas utrāq; tēperat extremitatē: nā & si seueritas uirtus ē: nō tñ usq; adeo ad calculū redigēdi sunt mores. / Cōciniorem. Conuenientiorem. speciosiorē: nec a cano deducitur ut quidā existiment: qd' si esset concinus penultimam breuem haberet quæ longa est: sed cinus erat potionis genus quod e diuersis rebus fieri solebat: q; rerum uarietas suauem potionem reddebat: unde concinū dicitur conueniens & congruū: & concinare significat facere. Plautus auceps priusq; escam effundit concinuit areā. / Capillos cinere rutilarū. Hanc cōsuetudinem & mulieres: nostræ facile seruant ut cinere calefacto rubicundos capillos reddant. / Rutilarunt. Rubicundos reddiderunt: nam rutilū dicimus rubicundum fulgidū clarū coruscum inde Rutilare fulgere rubicundū farere. / Nonnulli. n. Occurrit tacitæ qstionē: q; a diceret alius quis hoc uiros uxoribus nō debuisse pmittere q; fortasse his ornamētis formosiores factæ: amores alior; i se elicere potuissent: & iuuēnū aīos sollicitare: respondit ergo Valerius dicens iō concessisse uiros mulieribus hūc ornatū quia adulteros non metuebant. / Tunc. Illis tēporibus cū pudori maximus honor habebat. / Subſſorū. Insidiator; subſſor proprietū q; delitescit ad aliū occidēdū p ſiſdias: nā ſubſidere dicunt qui uias obſidēt ut per insidiās uiatores intercipiant. Vir. ſubſedit adulter: unde hoc loco p oppressoribus alieni Thori accipitur & eſt ſubſtātiuū nomē ſubſſor. ſoris. / Videre &. Hæc duo custodiebanſ mutuo Pudore: ut & mulieres Castæ uident Adolescentes & pariter Castæ uiderent. Ab ipſis. / Inuicē locuti: Ut uerbi gratia ſi dixiſſent: nō recte fecisti q; me uerbo lēſisti: nec tu qdē q; male respondiſti: ſed hoc tibi remitto uir inquit. & itē ignosco tibi ait uxor: & hoc modo placati inde diſcedebat. / Quotidianæ: q; ſaepē accidere ſolet ut inter uiρ & uxorē aliqd oriaſ nō ſatis ſint. / Ing; pari iugo. Cōiūctiōe & pari copula uiri & uxorū. & bene pari q; q̄tū uir uxorū tātū & uxor uiro debet. / Sui appellatiōe: q; partē uiro; & partē cōtinet ſœminar;: nā in eo qd' dicit uiri pte oſtēdit uirilē: in eo q; uniuersum nomē ſœminini generis eſt: partē cōtinet mulieris: habet igif plationē ſœminini generis: ſed & masculinū

Sed quo matronale decus uerecundiæ muniſtētutius eſſet in ius uocanti matronam: corpus eius attingere non permiserunt: ut in uiolata manus alienæ tactu stola relinqueretur.

De uſu uini mulieribus interdicto.

Vini usus olim Romāis ſœminis ignotus fuit. ne. ſ. in aliquod dedecus prolaberentur. quia proximus a libero patre intemperatiæ gradus ad inconcessam uenerem eſſe consueuit.

Caeterū: ut non tristis eaꝝ & horrida pudicitia ſed honesto comitatis genere tēperata eēt indulgentibus maritis: & auro abundanti & multa purpura uſae ſunt: & quo formā ſuam cōciniorem efficerent ſumma cū diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli. n. tunc ſubſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: ſed pariter & uidere ſancte & aſpici. mutuo pudore custodiebantur.

De Sacello deæ Viriplacæ.

Voties uero iter uiρ & uxorē aliqd iurgii intercesserat in ſacellū deæ Viriplacæ: qd' ē in palatio ueniebat: & ibi inuicē locuti q; uoluerant: cōtentione aīorū deposita cōcordes reuertebant.

DEa nomē hoc a placandis uiris aſſecuta fert: uenerāda qdē & nescio an p̄cipuis & exqſitit ſacrificiis colēda. utpote quotidiāt. ac domeſticæ pacis custos: i pari iugo charitatis īpa ſui appellaſtioe uiros & maiestati d̄bitū ac ſœminis reddēs honore.

Subſſorū. Insidiator; ſubſſor proprietū q; delitescit ad aliū occidēdū p ſiſdias: nā ſubſidere dicunt qui uias obſidēt ut per insidiās uiatores intercipiant. Vir. ſubſedit adulter: unde hoc loco p oppressoribus alieni Thori accipitur & eſt ſubſtātiuū nomē ſubſſor. ſoris. / Videre &. Hæc duo custodiebanſ mutuo Pudore: ut & mulieres Castæ uident Adolescentes & pariter Castæ uiderent. Ab ipſis. / Inuicē locuti: Ut uerbi gratia ſi dixiſſent: nō recte fecisti q; me uerbo lēſisti: nec tu qdē q; male respondiſti: ſed hoc tibi remitto uir inquit. & itē ignosco tibi ait uxor: & hoc modo placati inde diſcedebat. / Quotidianæ: q; ſaepē accidere ſolet ut inter uiρ & uxorē aliqd oriaſ nō ſatis ſint. / Ing; pari iugo. Cōiūctiōe & pari copula uiri & uxorū. & bene pari q; q̄tū uir uxorū tātū & uxor uiro debet. / Sui appellatiōe: q; partē uiro; & partē cōtinet ſœminar;: nā in eo qd' dicit uiri pte oſtēdit uirilē: in eo q; uniuersum nomē ſœminini generis eſt: partē cōtinet mulieris: habet igif plationē ſœminini generis: ſed & masculinū

Liber
unde
Bac-
chus

Subſſor
Subſſor
dere

inclusum. Necessitudo dicitur tamen sanguinis quam amicitiae plenius est necessitate significat. Cōsentanea: Cōgrua, cōuenies. Nā mī. Hoc inq̄t exēplo maxio pōt eē idicio: q̄to in honore habita fuerit pudicitia. Minimo: q̄a res quis minima sit tñ uim maximā hēt. Filio pubere: filio adolescēte. n. puber q̄ ad adultā etatē puenit q̄. xiii. anno terminat a pube. i. corporis pudētia dictus q̄ ea loca tūc primū lanuginē ducūt: q̄ tūc puberes eē putabant cū. xiii. annū ipluerint: quis alias nūdū pubescat: tūc tñ ex habitu corporis pubertatē ostēdit. & generare possunt: dīt pubis unde eius cōpositū hic & hēc i pubis Vir. i pubis Iuli dixit. pubes uero collectio iuuenū hoc est iuuētus: ut studiosa pubes: ipsa quoq̄ aetas pubes dīt: & pubertas. pubes lanugo barbæ: ps pudēda corporis C. l. officior. i. c. de uerecūdia. qd inq̄t more nō uenustius cū parētibus puberes filii cum soceris generi non lauanit: retinēda ē igis uerecundia huius generis p̄sertim natura ipsa magistra. Nudare: Deponere uestimenta: qbus depositis quodāmodo pudorē deponebant: sicut scri. Hesio. mulier simul cū ueste pudorem exuit. Sanguini: ad id refert qui dixit pater cum filio non lauabatur. Afinitati: ad id quod gener cum socero.

Aliud institutum.

Viūsmōi inter cōiuges uerecūdia. qd iter cæteras necessitudines nōne appet cōsentanea: nā ut minimo idicio maximā uim eius significē: aliqdīu nec p̄t cū filio pubere: nec socer cū genero lauabat. Manifestū igitur est tantū religionis sanguini & affinitati: q̄tū ipsis diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta uincula: non magis q̄ in aliquo sacro loco nudare se nefas esse credebatur.

De conuiuio cognatorum.

Conuiuiū ēt sollēne maiores iſtituerunt idq̄ caristia appellauerūt: cui præter cognatos & affines nēo īterpōebat: ut siq̄ iter necessarias psonas q̄rela eēt orta: apud sacra mēsæ & inter hilaritatem aiorū fautoribus concordia adhibitis tolleretur.

De honore impensō senibus a iuuenibus.

Sectuti iuuētū ita cumulatū & circūspectū honorē reddebat: tāq̄ maiores natū adolescētiū cōes p̄ses eēnt. quo circa iuuenes senatus die utiq̄ aliquē ex patribus. C. aut p̄pinqū aut p̄nū amicū ad curiā deducebāt affixiq̄ ualuis expectabāt: donec reducēdi officio ēt fungerent q̄ qdē uolūtaria statioe: & corpora & aios ad publica officia sustinēda ipi gre corroborabāt: breuiq̄ pcessu mora & i lucē uirtutū mitias sp̄ deo offerebāt. Fautorib. s. cognatis & affinib. & q̄a erāt iter se fāguie p̄iūcti: iō fauebāt poti⁹ p̄cordia.

Esectuti: ita inq̄t adolescētes ī honorē habuere senes: ut cōmunes adolescētib. p̄ses eēt uiderent: nā ut inq̄t Geli⁹ nulli rei maior honos tribui q̄ ætati solit⁹. Maioresq̄ natū a mōrīb. colebanf ad deū ppe & parētū uicē: atq̄ oī ī loco oīq̄ sp̄ honores priores potioresq̄ habitū sunt: a cōuiuio quoq̄ ut scriptū est in antiquitatib. seniores a mōrīb domū reducebanf: eūq̄ morē accepisse Ro. a lacedāmōis traditū ē apd̄ quos Lygurgi legib. maior oīum regē honos maiori ætati hēbaſ. sed postq̄ Soboles ciuitati necessaria uisa ē & ad plē pp̄fī frequētādā p̄mīis atq̄ iuitamētis usus fuerit. tūc aī lati qbusdā ī reb. q̄ uxorē q̄ liberos h̄rent: seniorib. neq̄ liberos neq̄ uxores h̄ritib. sicuti capite legis Iulie priori & cōsulib. fasces sumēdi p̄tā sit. nō q̄ plures ānos natū ē: sed q̄ plures liberos q̄ collega aut ī sua p̄tā hēt: aut bello amisit sed si p̄ utrinq̄ nūerus liberos ē: marit⁹ aut q̄ ī nūero maritor. ē p̄ferit. si uero ābo mariti & p̄ses totidē liberos sunt tū ille pristinus honos īstaurat: & q̄ maior natū ē prior fasces sumit. sup hisāt q̄ & Cælibes ābo sunt: aut parē numer. filior. habēt: aut mariti sunt: & filios nō h̄it nihil scriptū in lege de ea re ē: folitos tū audio q̄ lege potiores eēnt fasces primi mēsis collegis cōcedere: aut lōge ætate prioribus nobilioribus multo aut scdm cōsulatū īneuntibus. Cumulatū. Plenū pfectū amplū. Circūspectū. Honorabilē. qd̄ omni ex parte diligēter obseruarēt. Quo circa iuuenes: Quo senatus habereū uidelicet seniores cū curiā cōgregabāt. Patribus cō. Multi sunt q̄ existimat oēs senatores ab initio cōstitutae curiæ p̄ses cōscriptos fuisse appellatos. q̄ oēs uno tpe simul scripti eēnt sed uehemēter fallūt. nā ut tradit Li. Romu. ab initio curiā instituit. & cētū delegit senatores. siue q̄ nūerus ille sufficere uidebāt: siue q̄ plures nō erāt q̄ delegi possent: deinde cū īperiū Ro. auctū eēt. & opus eēt pluribus cōsultatibus: alii cētū additi sunt: regnāte Tarq̄nio Prisco. q̄ supioribus additi sunt appellati conscripti. i. cū aliis scripti: deinde p̄cedētē tpe oēs cōscripti fuere appellati: p̄ses at dicti: q̄ nō sec⁹ p̄riæ curiā habebāt q̄ p̄ses filiis habēt. senatores uero a senectute. p̄ affixi. ostēdit diligēte curiā adolescētū ut nec p̄ūctū qdē horæ a ualuis discederēt. affixi ergo inherētes. In statioe. Appellat expectationē illā qdā statioē nō statioēs loca sunt ante fores castrog. ubi stare custodes castrog. cōsueuerūt. & ascādo dītæ sunt statioēs q̄q̄ & i p̄i custodes statioēs s̄epe uocant. Statio quoq̄ ubi ad tps stat naues: nā port⁹ ē ubi hiemāt

OLI.
Cōui/
ui ge/
nera

OLI.
Sene/
ctuti
habit⁹
honos

LIBER SECUNDVS

Mediatio
in motus ab accessu ueteriori uoluntaria at dicit ad differentiā statiois castigare nā sorte excipiebanſ q̄ custodias facerēt & sicut illa fortuita, sorte ita haec uoluntaria statio erat. Corp. Ad sustinēdos labores. Alios. Ad pseuerantia. Impigre, propte, strenue. In lu, in manifestatiōe. Meditatiōe. Exercitatiōe nā graci dicūt. qđ nos meditor. inde meditatio, qī adolescentes principiū alicuius actiōis ineūt anteq̄ ad rē ipsam tractādā ueniāt: nō nihil ingeniū suū & uires exercebat & appellat̄ meditatio, ex exercitatio: ut cū iuuenes in capo Martio exercebant̄ equū ascēdere, iaculū mittere, cursu: palestra cōtēdere & haec qđā pludia dicebanſ, i, meditatiōes. In lu, cū t̄ps ēt i quo uirtutes suas ostētare possent. Ipsi doctores: q̄ magno in honore senes habebanſ & ea, p̄ sequebātur quæ ad maiestatem eorum uenerandā pertinebant doctores efficiebantur.

OLI.
Mēſae
duæ
Tibicē
in epi
lis
OLI.
Scho
la
OLI.
Arca/
na

Nuitati ad hoc quoq̄ iſtitutū seruabat ut si ad coenā iuitati fuisset uela, ppings uel a sodalib⁹ priusq̄ discubiteret diligēter suscitarenſ: q̄ nā ēent uēturi ad coenā ne discubēdi officio leñe quēpiā puenirēt. Ne sene anteq̄ seniores uenissent & suo qſq̄ loco discubuisserent eos discubitū puenirēt qđ eis n̄ mediocri uitio ascribi intelligebat. Mēſae, ſecūda nā duab⁹ mēſis tm̄ maiores utebant̄: una carniū altera pom⁹. Vir, & mēſae grata secundæ. Priors, N̄ris t̄pibus contrariū est, nā iuniores priores surgunt. Ex quibus: Ex hac diligentia apparet q̄ moderati fuerint in sermone.

MAIORES
Diligētes qđē erāt iuuenes ſuenerādis senib⁹, at nō mun⁹ iſformādis ad capessendas uirtutes iuuenib⁹ studiosi diligētesq̄ ſenes erāt idq̄ exēpla uiros & illūtrium p̄teritor⁹ & eorū clarissima gesta. At t̄ ubi erāt tibicines q̄ cāebāt p̄clarorū uiros & res gestas. Cato i originib⁹ dicit solitos eē i epulis cāere ſuiuas ad tibicinā de cloro uiros uirtutib⁹, idē Tulli⁹ li, i, Tusculanaq̄ q̄nū, ſero igif poetæ n̄ris uel agniti uel recepti: q̄q̄ ē i originib⁹ solitos eē in epulis cāere ſuiuas ad tibicinē de cloro ho minū uirtutib⁹. Itē eodē li, q, iii, nā cū carmini b⁹ soliti illi eē dicant & p̄cepta qđā q̄ occulti⁹ tradere: & mētes ſuas a cogitationū itētiōe cātu fideliſbusq̄ ad trāglitatē traducere grauissim⁹ auctor i originib⁹ dixit Cato, morē apud maiores hunc epularū ſuisse ut deinceps q̄ ac cubarent canerēt ad tibiam cloro uiros laudes atq̄ uirtutes carmine cōprehensa q̄ carminibus celebrata erāt. P̄agebant, Canebant, Alacriorem, Promptiorem, æmulationē: quaſi quadā inflāmantia animi adhortationē.

OLI.
Scho
la
OLI.
Arca/
na

Vid hoc: Cōmedat hāc maiorū ſuetudinē. Pubertas: adolescentia, puber ēt dī ille q̄ primā barbae lāuginē mittere cōpet, grāci Iulō appellat, uñ Iuli⁹ dicit̄ ē Ascāi⁹. Cāis: seniorib⁹: & iuuenes seniores obſeruabāt: ut ſenes uicissim iuuenes ad honores puehebāt. Defūcta alī effecta, uiri⁹ exhausta. Ingrēdiētes: q̄ igrederēt uitā agēdīs reb⁹ occupatā & ubi op⁹ aliqd agēdū erat. Vitā ac i q̄ rēp, admīſtrā & honores ḡie coepiſſet. Athēas, q̄ ſtat athēas urbē ſuisse nobilē ex q̄ artis disciplia manauit ad n̄flos. Quā ſo, phīḡ, q̄ p̄ceptis uitā hūanā iſtituūt: & ſcribiſ ſchola p̄ aspirationē teste Festo, nā ſuaco deduciſ q̄ cāteris reb⁹ omissis ſtudiis liberalib⁹ uacaſ pueri debēt. Quæ aliſtu. Notāda cōſtructio cū dixeris aliēigēa q̄ſi declineſ aliēigēus na, nū, qđ atīquo ſuit: nūc tm̄ hic & h̄ alēigēa. Inde or̄q̄, ita ſit res i p̄a declarata: ab hac n, uiri p̄ſtātū ſimi nati ſūt q̄ ipiū pepere ro, Camilli. Similes camillo & cāteris. Ne ſi lōſi, i, dicēdo, q, d, ut uno p̄cludā uerbo,

ADeo at mā, q̄ amātissimi reipsuerit ro, ex hoc iſtituto dephēdif q̄ q̄ i ſenatu decreta ſuiffet arcana tenebanſ. Arcana ſecreta, cōpōif ab arca: nā ſicut q̄ reponunt̄ i arca ſecreta ſunt ita arcana cōſilia dicius q̄ in pectore ueluti arca cōcludunt̄. Tertio, p, b, ſaepi⁹ agitatū ē de tertio pūico bello, & tertio dixit, quia ſuit primū & fm, primū qđ cōfecit. C, Lutati⁹ i quo, M, A, Regul⁹ capr, fuit & graui ſupplicio affectus: fm cui finē ipoſuit Scipio aphricāus ſupior, tertiu. P, Scipio Aphricāus iſerior cōfecit, cōſtat ſaepius agitatā ſuiffe hāc rē i ſenatu: q̄a duo p̄ſtātissimi uiri inter ſe diſſentiebat. Cato, ſi, &, P, Scipio naſica: nā Cato ſentiebat bellū iſerēdū & ſuccedēte uictoria euertēdā eē carthaginē q̄ ſaepē foedera frāgeret totiēſq̄ rebellaret. At Scipio cōtra reliquē dā eē ut bellū illud exercitatio qđā foret iuuentū ro, q̄ bellis aſſueta ocioſa eē nullo mō poſſet. Verebaſ, n, id futuру qđ euuenit: ne ſubacta carthagine: debellatiſq̄ exteriſ gētib⁹ cū deeffent hostes: in ſeipſoſ arma cōuerterēt, n̄ ſecondū Marci Catonis ſententiā factū eſt ſenatuſ consultū, ut bellū carthaginēſibus inſerretur: & ſubacta carthago

suarū uerecūda laboris meditatiōe ipſi doctores erant.

Nuitati ad coenā diligēter q̄rebant q̄ nā ei cōuiuio eēnt interfuturi: ne ſenioris aduentū diſcubitu p̄currerēt ſublataq̄ mensa priores cōſurgere & abire patiebant̄: ex qbus appet coenæ quoq̄ t̄pe q̄ pco & q̄ modeſto ſermōe his p̄ſētib⁹ ſoliti ſit uti.

De maiorib⁹ dātib⁹ exēplū uirtutis iuuenib⁹.

MAIORES natu in cōuiuiis ad Tibias egregia ſuperiorū ſopa carmie comphēſa p̄agebāt quo ad ea imitāda iuuentutē alacriore redderēt.

Vid hoc ſplēdidiuſ: qđ ēt utilius certamieſ pubertas canis ſuū honorē reddebat: defuncta uiriū curſu ætas: igrediētes actuofam uitā fauoris nutrimētis pſequebat: q̄s Athēas: quā ſcholā: q̄ alienigena ſtudia huic domesticæ disciplina p̄ætulerim. Inde oriebantur Camilli. Scipiones. Fabricii Marcelli. Fabii. ac ne ſingula imperii noſtri lumina ſimul procurrendo ſim longior: Inde inquam cōeli gratiſſima pars diui fulſerunt Cæſares.

ADeo at magna caritate p̄fia tenebāt: ut arca na cōſilia patrū. C. multis ſeculis néo ſenator enūciauerit. Q, Fa, M, tātūmō: & is ipſe p̄im prudētiā de tertio pūico bello indicēdo: qđ ſecreto in curia erat actū. P, Crasso rus petē domū reuertenti in itinere narrauit: memor eū triennio ante q̄storē factū: ignarusq̄ nōdū a cēſoribus i ordinē ſenatoriū electū:

Vid hoc: Cōmedat hāc maiorū ſuetudinē. Pubertas: adolescentia, puber ēt dī ille q̄ primā barbae lāuginē mittere cōpet, grāci Iulō appellat, uñ Iuli⁹ dicit̄ ē Ascāi⁹. Cāis: seniorib⁹: & iuuenes ſeniores obſeruabāt: ut ſenes uicissim iuuenes ad honores puehebāt. Defūcta alī effecta, uiri⁹ exhausta. Ingrēdiētes: q̄ igrederēt uitā agēdīs reb⁹ occupatā & ubi op⁹ aliqd agēdū erat. Vitā ac i q̄ rēp, admīſtrā &

honores ḡie coepiſſet. Athēas, q̄ ſtat athēas urbē ſuisse nobilē ex q̄ artis disciplia manauit ad n̄flos. Quā ſo, phīḡ, q̄ p̄ceptis uitā hūanā iſtituūt: & ſcribiſ ſchola p̄ aspirationē teste Festo, nā ſuaco deduciſ q̄ cāteris reb⁹ omissis ſtudiis liberalib⁹ uacaſ pueri debēt. Quæ aliſtu. Notāda cōſtructio cū dixeris aliēigēa q̄ſi declineſ aliēigēus na, nū, qđ atīquo ſuit: nūc tm̄ hic & h̄ alēigēa. Inde or̄q̄, ita ſit res i p̄a declarata: ab hac n, uiri p̄ſtātū ſimi nati ſūt q̄ ipiū pepere ro, Camilli. Similes camillo & cāteris. Ne ſi lōſi, i, dicēdo, q, d, ut uno p̄cludā uerbo,

Deo at mā, q̄ amātissimi reipsuerit ro, ex hoc iſtituto dephēdif q̄ q̄ i ſenatu decreta ſuiffe arcana tenebanſ. Arcana ſecreta, cōpōif ab arca: nā ſicut q̄ reponunt̄ i arca ſecreta ſunt ita arcana cōſilia dicius q̄ in pectore ueluti arca cōcludunt̄. Tertio, p, b, ſaepi⁹ agitatū ē de tertio pūico bello, & tertio dixit, quia ſuit primū & fm, primū qđ cōfecit. C, Lutati⁹ i quo, M, A, Regul⁹ capr, fuit & graui ſupplicio affectus: fm cui finē ipoſuit Scipio aphricāus ſupior, tertiu. P, Scipio Aphricāus iſerior cōfecit, cōſtat ſaepius agitatā ſuiffe hāc rē i ſenatu: q̄a duo p̄ſtātissimi uiri inter ſe diſſentiebat. Cato, ſi, &, P, Scipio naſica: nā Cato ſentiebat bellū iſerēdū & ſuccedēte uictoria euertēdā eē carthaginē q̄ ſaepē foedera frāgeret totiēſq̄ rebellaret. At Scipio cōtra reliquē dā eē ut bellū illud exercitatio qđā foret iuuentū ro, q̄ bellis aſſueta ocioſa eē nullo mō poſſet. Verebaſ, n, id futuру qđ euuenit: ne ſubacta carthagine: debellatiſq̄ exteriſ gētib⁹ cū deeffent hostes: in ſeipſoſ arma cōuerterēt, n̄ ſecondū Marci Catonis ſententiā factū eſt ſenatuſ consultū, ut bellū carthaginēſibus inſerretur: & ſubacta carthago

euenteretur. Cice, in Catone maiore ubi Catonem inducit de se loquente: ego ingt quom Carthagini iā diu male cogitati bellū sit isferēdū multo antea denūciaui: de q̄ uereri nō desinā anteq̄ illā excisam cognouero. / Memor. Dicit q̄re p̄ iprudētiā hoc fecerit Fabius: credebat, n̄ hūc in numerū senatorū electū: qa meminerat triēnī ante fuis se q̄storē: & post q̄sturā patebat aditus ad ordinē senatoriū. / Aditus in, ut & ipsi senatorēs curiā ingredi possent, / Honestus, qa se legitime excusabat q̄ crederet illū senatorem eē. / Obiurgatus, icrepitus iurgiū iter amicos: lis est iter inimicos. / Optimū atq; recte dicit: nā cū aliqd cōsilii capiſ de gerēda repub, & p̄sertim cū de bello agiſ fœ liciter euenire solet si occultum fuerit. Administrādag. Quia ea taciturnitas est: q̄ facit ut res optime gerant. / Labefactari, Corrumpti. / Ergo cū asiae rex, Exemplū adducit: ex quo probat qđ dixit maxime fuisse maturationē cōsilio- rū: q̄ in senatu seruata ē. / Eumenes, rex asiae i- dicauit Ro. Persā regē Macedonū igētē exerci/ Perses tū cōparare: eo aio ut bellū Ro. isferret: q̄ re co/ Mace gnita senatū cēsuit bellū idicēdū eē p̄sae regi: & dōiae exercitū prio quoq; tpe cōparauit: deinde p̄i rex ciā macedonicā Paulo Aemilio extra ordinē tradidit: & prius p̄ses uictus captus & ductus est i triūphū q̄sciri potuerit: qd ab Eumene re ge nūciatū: qd respōsum a senatu fuisse. Ergo quia nolebat taciturnitatē uiolari. / Fidū erat & altū: Est q̄si dissinitio curiæ qd ē curia nihil aliud nisi fidū pectus & altū reip, nā quemadmodū ea quoq; aius noster cōscius est secreta i pectore n̄o seruant: ita archana cōsilia reipu, in pectore curiæ reponunt atq; seruant. Mu- nitū & uallatū, Trāslatio sūpta ab oppidis: & ca stris q̄ muniun̄ & uallant. / Abiecta priuata, Dicit hāc fuisse cōsuetudinē: ut igrēsūri curiā oēm curā priuatā deponerēt & publicā sume- rēt. / Itaq; Id magis mirū ac pprie incredibile uideſ eē, q̄ cū res gererent̄ iter m̄ltos fēatores ita occultē erāt ut si in paucis agerentur. / Ne grācis qdē. Legis in uerinis q̄ Cice dicit se ac- casū fuisse: q̄ cū syracusis eēt fēatui syracusa no grāce locutus eēt. / Quin et i p̄a liguā uo- lubilitate. / Nō solum dabāt responsa grāca cū possent: sed cogebāt eos p̄ interptes latine loq: uolubilitate ideo dixit: qa grācia loq̄cissima ē & ad singēdū paratissima, unde Horati, Grais īgeniū: grais dedit ore rotūdo: musa loq. / Ex cussa, Explosa, expulsa, Sed etiā in grācia. Non in urbe solū cogebāt legatiōes gētiū exterar̄ i senatu loq latine p̄ interptes: sed etiā p̄ magistratū suos apud exterar̄ gētes idē facer uoluerūt. / Nec illis, Occurrat tacitæ q̄stioni: qa diceret aliqs: nolebat hoc fieri Ro, qa studia grācarū litterar̄ ignorabāt: dicit hoc nō fuisse: immo

quo uno mō ét his q̄ iā honores gesserāt aditus i curiā dabat. sed q̄uis hōestus error Fabii eēt: uehemēter tamē a cōsulibus obiurgatus ē. Nūq, n̄ taciturnitatē optimū ac tutissimū administrādarū rerū uiculū labefac- tari uolebāt.

De Eumene rege Asiae.

Rgo cū Asiae rex Eumenes amātissimus n̄rā urbis bellum a Perse aduersus. P.R. compa- rari senatui nūciasset: nō ante sciri potuit: qd aut ille locut⁹ eēt: aut p̄es respōdissent: q̄ captū eē Per se cognitū est. Fidū erat & altū reip. pectus curia: silen- tiq; salubritate munitum: & uallatum undiq;: cuius li- men i trantes abiecta priuata caritate publicam indu- bāt, itaq; non dicam unum sed neminem audisse crede- res: quod tam multorum auribus fuerat commissum.

MAgistratus uero prisci q̄topere suā. P.Q. R. maiestatē retinētes se gesserint: hinc cognosci potest q̄ inter cātera obtinēdāe grauitatis i- dicia: illud quoq; magna cū perseuerātia custodiebant ne grācis unq̄ nisi latine responsa darent, qn et ipsa lin- guā uolubilitate q̄ plurimū ualēt excussa: p̄ interptem loqui cogebāt: nō in urbe tātum n̄rā sed etiā in Grācia & Asia. quo, s. latinā uocis honos per oēs gentes uene- tabilior diffunderetur, nec illis deerant studia doctri- nāe, sed nulla non in re pallium togā subiici debere ar- bitrabantur, indignum esse existimantes illecebris & suauitati litterarū i perii pondus & auctoritatē donari.

De C. Mario.

Vapropter nō es damnandus rigoris rustici criminē. C. Mari qui gemina lauro coronatā senectutē tuā Numidicis & Germaicis illu-

ōium generū studiosissimos fuisse Ro, sed imperii sui maiestatē seruare uoluiss. / Palliū to, nō oportere Ro. di- gnitatē subiici grācis immūdiciis: nā palliū p̄ grācis phis ītelligit, togā uero p̄ Ro, qa sicut pallio grāci uteban̄ phis: ita toga Ro, uñ Vir, Ro, regē dominos gētēq; togatā: uñ et comœdias alias dicere solemus paliatas: alias toga- tas: paliatas in qbus aliqd grāde cōtineſ sicut comœdia amphitriōis i q̄ ītroducunt̄ reges & dii ut Iupiter & mer- curius: togatas uero q̄ magis quotidianō sermōi cōueniūt. / Palliū to, Eloquētiā grāca subiici debere maiestati Ro, / Indignū. Turpe & nō tolerādū. / Illecebris, Blādiciis, Iuue. Nō possum ferre q̄rites grāca urbē. Solin, i ca, de hoie dicit q̄ cato censorinus s̄epe censuit grācos urbe pellēdos. / Suauitate, Propter eloquētiā & philosophiam,

Vapp, Ondit scdm hoc īstitutū ab eiusmōi doctrina alienū fuisse. C. Mariū ut ppterēa īprobari nō de- beat q̄si rusticus: sed siūmope laudari, hoc iō dicit qa rusticitatē qdā sibi obiiciebāt: q; a l̄ris se abstinuis- set qa minime Idoneus eēt eiusmodi hūanitatis studiis: sed hic laudād̄ ē: q; se militari b̄ studiis exer- cuerit sicut Salu, uoluit, dicit, n̄. mario ad capiēdū cōsulatū p̄ter familiāe uetusstatē: oia abūde erāt: idu- stria p̄bitas militiāe magna scia: & reliq̄ Paulo ifra dicit: ubi p̄mū ætas militiāe patiēs fuit stipēdiis faciēdis n̄ grā- ca facūdia neq; urbāis mūdiciis se se exercuit, itē i orōne ad populū: nō ego iqt grācas l̄ras didici: qm̄ p̄ḡ placebat eas discere q̄ ad uirtutem doctoribus nihil profuerant. / Rigoris, Duritiāe: qa durus ad studia litterarū fuit, Cice, p̄archia poeta: & ipsi illi Caio Mario q̄ durior ad h̄ studia uidebat locūdus fuit. / Gemia laurea, Quia triūphā

OLI.

LIBER SECUNDVS

tes coronati albis egs iūctis i capitoliu pcedebib⁹ captiuis: & subseq̄te exercitu & uniuerso ferme populo ueheban⁹. ⁊ Numidicis. Nā in Numidia iugurthā uicit & prouinciam illā Ro. subegit imperio. ⁊ Germanicis. Quia Gallos teutonas Senones cymbros & tigurinos: qui inundatione aq̄nū patria pulsi cū in Italia descēdissent cū libe⁹ris & cōiugibus eo aīo ut aut nouas sedes ipetrarēt: aut pulsis Ro. ipsi regnarēt: is uirtute sua fudit atq; deleuit: teutonas priores aggressus apud sextias aq̄s sub ipsis alpiū radicibus: cimbros deinde in Italia iter Veronā & tridētū in capo quē canidiū uocat siue sauidiū. Pli. de uiris illustribus. C. Marius inq̄ septies cōsul arpinas loco humili nat⁹ primis honorib⁹ pordinē funct⁹ legatus: Metello i nūidia criminādo cōsulatū adeptus: Iugurthā captū aī currū egit: i p̄ximū ānū cōsul ultro fact⁹: cibros i Gallia apud aq̄s sextias teutonas. In Italia i capo sauidio uicit: de hisq; triūphauit: de hoc germanico triūpho latius dicem⁹ i ca. de pudicitia. ⁊ Credo. Supple hoc fecisti. ⁊ Alienigena exercitatione. ut pote græca quasi alterius i geniū apud Plu. illud de mario legis solitū dicere ridiculū eē illorum discere litteras: quorum magistri seruirent.

OLI.



Vis ergo: Quærerit & deinde respōdet: q̄s nā fuerit ille auctor qui pri⁹ mus ausus fuerit græca lingua ī traducere in curiā Romanā: q̄ adeo celebris est ut aures senatus græca facūdia obtūdan⁹. ⁊ Quis ergo quādoqdē ita seruabant dignitatē suā Romani: ut nemo in ea curia nisi latine loq posset. ⁊ Exurdant: obtūdunt usq; adeo nūc oēs græce loquunt ut quodāmodo obtundant aures cū nihil nisi græce loq audiānt. ⁊ Molo. Molo apollini⁹ rhodius fuit ap̄c quē eloquētiā studuisse Ci. cōstat. ⁊ Rhetor. inter rhetorē & oratorē hoc īterest q̄ rhetorē artis p̄fessor. i. qui de arte p̄cepta tradit: orator q̄ ex arte dicit. ⁊ Quē honorē: nec id qdē ī merito cōcessum ē Moloni: nā ip̄e auxerat Ci. ingeniu in quo Ro. florebat eloquētia. ⁊ Conspicuæ se. Dicit iuenire se Arpinatē sūmæ felicitatis fuisse: siue illū cōceptorem litterar⁹ dixeris siue amatore nā uterq; de municipio arpinati fuerat. Cice. s. & C. Mari. ⁊ Gloriosissimū cōs. mariū. ⁊ Abūdātissimū son. Ci. Arpinatū referet ad utrūq; nam arpinas est nomē patrium & significat de oppido arpinati.

Exur/ dari



Axima at. Semp cōsules Ro. xxiiii. lictores p̄cedebat & secures uirgar⁹ fasciculis alligatas gestabat q fasces dicebant. ⁊ Filio. s. consulis & hoc

OLI.

Principium filii seruat tempore nostro. ⁊ Ius. potestas. Fabius maxi⁹ in samnitibus bene signauit. ⁊ Pridem priori ætate cōmēdat Fabiū a multis p̄tibus a potētia cū dicit maxius a dignitate cū dicit qnq̄es cōsul ab auctoritate dū dicit. uir sūmæ auctoritatis ab ætate dū dicit ultimæ senectutis. ⁊ Id no. Ne a maior⁹ cōsuetudine discederet. ⁊ De scēderet. si ad cōditiōes pacis cōponēdas cæsis. s. samnitib⁹. ⁊ Idē a se. iter cætera maior⁹ īstituta illud quoq; mēora tu dignū ē q neminē uoluere ad cōsulē equo īsidētē uenire: sed honoris grā ātēq̄ cōsuli apropinq̄ssent descēdere. qd̄ exēplo eiusdē Fabii cōprobat. qui cū legatus ad filiū cōsulē missus esset: atq; illi filius honoris gratia p̄diisset obuiā: nec p̄misisset lictorē qui iuberet se īprimū equo descendere & filio peditē p̄sto eē: idignatus noluit sponte descendere. qd̄ ubi animaduertit filius iussit proximo lictori patri ut imperaret ad se pedes uenire. qd̄ sūmopere laudauit pater & simul paruit edicto filii. A. Gel. li. i. ca. ii. facti cōsules Séproni⁹ gracchus iterūq; Fabius maxius filius eius q̄ priore anno erat cōsul: ei cōsuli p̄ p̄cos obuiā in equo uehēs uēit neq; descēdere uoluit q̄a p̄ erat. & q̄ inter eos sciebat maxima cōcordia cōuenire lictores non ausi sunt descēdere subere. ubi iuxta uenit tū cōsul ait de scēderē iube qd̄ postq̄ lictor ille q̄ appebat cito ītellexit maximū descēderē iussit Fabius īmpio paruit & filiū colaudauit cū ipiū qd̄ populi eēt retineret. ⁊ Idē. Scilicet Fabius missus legatus p̄seuerauit sedere ī equo plenus ira. ⁊ Filiū cōsulē. Fab. gurgite. ⁊ Suessā. Ciuitas ē Cápāiae: ubi erat cū ipo. ⁊ Officiū suū. ut honoris grā p̄fri obuiā p̄diret. ⁊ Qd̄ postq̄ aīaduertit Seneca: si cōsulē īgt aut p̄torē uidero oīa qbus honor hēri honori solet faciā: equo descēdā caput adopīa. ūita deceđā. ⁊ Qd̄ cū filius sensisset: ubi filius intellexit patrē ī equo sedere de industria. ⁊ Apparet p̄rē p̄festo adesse: nam apparere inter alia significata p̄festo adesse quoq; significat: unde apparitores dicti p̄festo Pietas. torum ministri sunt: eo q̄ p̄festo adsint. ⁊ Non ego īquit: excusat se filio pater. ⁊ Non ignorō: scio quid pietatis

Prae/ sto
esse

Appa/ ritores
Pietas

strem trophæis: uictor deuictæ gentis facundia politiorem fieri noluisti. credo ne alienigena ingenii exercitatione patrii ritus seruus & transfuga existeres.

Vis ergo huic cōsuetudini: q̄ nūc græcis actiōnib⁹ aures curiæ exurdant: ianuā patefecit: ut opinor Molo rhetor q̄ studia. M. Ci. acuit. eū nāq; ante oēs extērarū gētiū ī senatu sine īterpte auditum cōstat. quem honorē non īmerito cōcepit: quoniam summā uim Romanæ eloquētiæ adiuuerat. cōspicuæ felicitatis arpias: unicū siue litterar⁹ gloriosissimum contēptorē: siue abūdātissimū fontē ītrueri uelis.

De more quē maiores obseruabāt ī urbe.

Maxia aut̄ diligētia maiores hūc morē retinuerunt ne q̄s se īter cōsulē & p̄ximum lictorē: quis officii cā una p̄grederet: interponeret. filio dūtaxat & ei puero ante p̄fem cōsulē ābulādi ius erat. q̄ mos adeo p̄tinaciter retentus ē: ut. Q. Fabi. maxius qnq̄es cōsul uir ēt pridē sūmæ auctoritatis & tūc ultimæ senectutis: a filio cōsule inuitatus: ut īter se & lictorē p̄cederet: ne hostiū samnitū turba ad quorū colloquia delcedebant: elideretur id facere noluerit.

Dē a Senatu legatus missus ad filiū cōsulem Suessā: postq̄ aīaduertit eū ad offm suū extra mœnia oppidi p̄cessisse: indignatus quoq; q̄ ex lictoribus nēo se equo descēderē iussisset: plenus ira sedērē p̄seuerauit. qd̄ cū filius sensisset. p̄xio lictori ut si bi apperet impauit: cuius uoci Fabius cōtinuo obsecutus nō ego īq̄t filiū summum imperium tuū contēpsi

patri filius debeat: sed hæc paterna pietas debet cædere maiestati cōsulari, / Pietate pri, pietas priuata ē q̄ p̄filius
debet: publica uero q̄ sūmo ipio debet q̄lis ē cōsulatus: ut post habita pietate paterna publica maiestas ueneret.

R Elatis. Qu. Fabii. Tarentū oppidū est in littore maris positū: & theatrū maius habet in p̄spectū maris
expositū: qd' Tarētini causa maximarū calamitatū fuit: nā cū Tarētini ludos forte celebrātes classem
R. nō lōge a littore maris nauigātē p̄spexissent: q̄ frumētatū: ut qdā dicunt: in Apuliam ierant: hostē tum
rati in eas impetu fecerūt: & spoliatis domū reuersi sunt. ad eos missi sunt legati: q̄ quererent iniurias
illatas & res de more repeterēt: q̄ cū iniuriis af
flecti essent: ac unus urina perfusus in theatrū
intromissi legationē sibi a senatu demandata
exposuerūt, de iniuria quā acceperat ne uerbū
quidē unū fecerūt. Elorus Tarentū inq̄t ē lace
demoniorū opus calabriæ quōdā & apuliæ to
tiusq̄ lucaniæ caput, tū magnitudine & mu
ris portuq̄ nobili: tū mirabili situ: q̄ppe in ip̄is
adriatici maris faucibus posita ī oras n̄fas Hi
striā: illiricū: epyrum: achaiam: aphricā: siciliā
uela dimittit. Immīnet portu ad prospectum
maris positū urbis theatrū: qd' quidē cā mise
ræ ciuitati fuit oīum suarū calamitatū: ludos
forte celebrat; cū remigātes littori R. classes
ide uidēt atq̄ ostētati emicāt: sine discriminē
insultat, q̄. naut unde Romani nec satis norāt.
Aderat sine mora querelā ferens legatio: hanc
quoḡ foedius p̄ obſcēnā turpēq̄ dictu contu
meliā uiolāt: ex hinc bellū Qu. Fabiū adeo p̄
seuerās fuit in seruādis institutis, / Tarentū, ga
classem R. tarētini diripuerat: & duū virū q̄
classi p̄erat occiderat. / Græciae: nā ibi quōdā
magna græcia appellata est. Hoc Cice, ostēdit
multis in locis: & p̄cipue in Catone ma. Dicit
ergo: ut est q̄suetudo græciae, / Verbis: ut nec
adderēt qc̄q̄ nec diminuerent, / Antīq̄ moris:
uidelicet ut nō plus in legatione dicereb̄ q̄ a senatu uel a populo mādatū esset, / Dolore, nullus dolor maior est q̄
qui ex contumelia nascit nā ut inq̄t ille. Asperat in medio damna dolore pudor, / Finē profecto: Sicut legimus in
historia: nullus unq̄ in urbe pulchrior aut speciosior triūphus intrauit ante hunc diem: nil nisi pecora Volsconū
greges sabinorū: carpēta Gallonī & fracta Samnitū uidisses arma. Tāc si captiuos aspiceres: erant Molossi: Thessa
li: Macedones: Brutius: Appulus: atq̄ Lucanus: Si pompas: aurū: argentū: purpura: signa tabulæ: tarentinæq̄ deli
ctiæ, sed nihil libētius Po. Ro. aspexit: q̄ illas q̄s timuerat cū curribus suis beluas: quæ nō sine fēsu captiuitatis sub
missis ceruicibus uictores equos sequebant. / Quibus ad inui, diu abu, bene ad inuidiā dixit, nā tarentinorū opes
amplissimæ aliquādo fuere, rē suā ciuilē populari potestate gerētes democratia, nā classe maxima cunctos supera
uerūt accolas peditesq̄ ad milia triginta in expeditiones emisere: equitū uero tria milia, ductores autē equitū mil
le. Pythagoricā quoq̄ philosophiam amplexati sunt in primis Archytas singulariter, q̄ diutius eius ciuitatis prin
ceps eminuit: inde posterioribus annis illecebroſæ iualuere diliciæ, ppter fortunas nimiū secūdas adeo ut plures
totius populi ludos festasq̄ celebritate quotannis agerēt q̄ reliquos anni dies. Eam ob rem in deterius urbanum
regimē ferebat, cuius flagitorum unū illud documentū est, q̄ externis uti impatoribus coacti sunt contra Mesa
pios, n. & Lucanos Alexandrū Molossorū regem acerzierunt. Antea quoq̄ Archidamum Agesilai filium postea
Cleonymū & Agathoclem, deinde Pyrrhum quo tpe aduersus Ro. bellū cōflauere auctor Stra, ergo finitimæ ci
uitates oēs tantæ rerum oīum affluentiae inuidebāt: uel qa tātopere propter diuitias eas elata: ut populi uicini su
perbitam tuā sustinere nō possent, / Horridæ: duræ ad labores tollerādos: nō mollis pp luxum dñuitiarū, / Vir
tutis, / Romanæ in seipsum cōnexum ideo dicit: quia nullo extrinsecus adminiculō uirtus indiget: sed seipsa con
tentia est, nā Romani tātas uires habebāt ut per se bellum sine aliorū auxilio gerere possent: hoc ideo dicit: quia
tarentini multorum populorum & ciuitatū armis adiuti fuere: nā Molossi: Thessali: Macedones: Brutii: Cāpani:
Apuli: Lucani: atq̄ ipse clarissimus græciae rex Pyrrhus pro tarentinis incitatissimo animo cōsurrexerunt: & so
cia arma iunxerunt. Ro. suis cōtentī opibus & armis aduersus tot populorum potentia nō solum audacter: sed et
feliciter bellum gessere, / Fastidiose exi, paruifaciens: alii habent fastuose: & significat superbe, declinat autem fa
stus fasti: & significat librum in quo fasti dies continentur: nam fasti etiam libri dicebantur quos consules habe
bant in quibus reges & cōsules scribebant a fascibus dicti, iā potestatibus: unde Oui, li, fastorum dicunt: q̄ in his
de fastis diebus tractef, fasti uero dies erāt quibus licebat sari cum populo: nefasti quibus sari nō licebat: & ut dixi
cum eiusmodi librū significat: secundæ est declinationis licet aliquādo & q̄rtæ inueniāt in hac significatione: sed
raro: fastus, n. quartæ tedium superbiam cōtemptūq̄ significat. Vir. Stirpis achileæ fastus iuueneatq̄ superbū.
Ser. in expositiōe huius loci. Fastus inq̄t, i. supbiā: & est q̄rte declinationis, nā liber qui dierum habet computatio
nem secundæ declinationis est: unde errasse uidetur Luc, dicendo: nec meus eudoxi uincetur fastibus annus,

Fasti
diosis
Fassi

LIBER SECUNDVS

OLI.

Sena/
cultur

Acce/
ptum
fertur

OLI.

Luper
calia

Sed ut a luxu Vale, quia uidebaſ quodammodo ab eo egressus eē qđ instituerat inquit: qđ diximus de luxu tarentinorū & eorū ſupfluitate: quæ illos ad ea infanīa deduxerit: ut Ro. irritare auderet: nūc reuertar ad rigidissima majorum nostrorū instituta. Luxu, quia cōſtat hanc urbē opulētissimā fuſſe & omniū rerū abūdantē. Antea ſenatus. Hoc quoq; institutū ſeruatū eſt. Senaculū: Eo q; locū illū ſenatores frequētare ſolebāt. Edicto: uidelicet ut p̄cones mitterent: qui hoſtiatim ſenatores i curiā uenire iubērēt. Ambiguæ laudis. Laudat hoc propositū: illi, n, ambiguae cuiusdā fidei uident̄ eē ciues q; non ſpōte ſed iuſſu quodammodo coacti répu. gerat. Ambiguæ: bene dixit ambiguæ qa fortasse niſi cogerent̄ nō uenirēt. Laudis: laudādū qđ eſt: q; i curiā ueniūt: ſed uituperādū q; edictum expectent. Quicqd impi cogitur: Quicquid, n. fit impi alterius: id ipāti potius ascribēdū eē q; agēti. Acceptū refertur: hōesta locutio referto hoc beneficiū tibi acceptū. i. hoc q; quid eſt benefi- cii tibi dico eē ascribēdū: & fateor a te recepiſſe & aliud referre in acceptū: qđ a uulgo lígu uernacula dici ſolet faceſ notationē de ſoluto.

Llud quoq; hoc quoq; institutum Romani ſeruabāt: ne uidelicet tribuni pl̄ebis curiā intrarēt: qđ poſtea uulgatum eſt: nā tēporibus Ci- ce, poterat tribuni curiam i trare. Subſelliis: ſubſellia ſunt minorū magistratuū ſedes: ſicut ſellæ curules maiorū dicunt ſunt etiā ſubſellia ut quidā uolunt: ſedes & pulpita in qbus ſpe- etabānſ ludi, unde Persius. Troſulus exultat ti bi p ſubſellia laeuiſ. C. i. tamen in epiftola ad ap- piū: ſubſellia: per cōtemptū ſenatorū roſtra appellauit: cū dixit: ad me litteras miseriſ longi ſubſellii, ut Pompeius noſter appellaſt. Ve- terib; Ideo dixit qa poſtea hāc conſuetudo aboleuit. Pro cōmodis. Quamuis i quid Tr. Pl. reipub. commoda curarent tamē paſſi ſunt magistratibus argentea uafa: & anulos aureos ex publi, dari ut eoꝝ maiestas amplificaretur. Vſu. Eiusmodi inſignibus preſcioſis nō nihil auſtoritatis addi uidebaſ magistratibus. Ve- niebānt, uēdebāntur. Immolaturū. Quia i pī qui magistratū gerebat: imolabāt: nā quāto di- gnior pſona erat: q; imolabat tāto dignior deo- rū cultus. Cōtinētia: Neg. n. pmittebaſ in te- ſtinis uesci qđ certe maxia laude dignum erat qđ nři tāti ea faciūt: at illi cōtinētiā pluris faciebat. Sāctas manus: Integras incorruptas ino- cētes. Cōtinētiā tātum tribuebaſ, i tāti faciebat cōtinētiā: nā tribui multū alicui eſt aliquē magnificare. Sincere: pure: inoſcēter: & caſte ſ. puincialiū hominū rebus intactis. Splēdo- rē: Nā inoſcētia pſectorū in puinciis erat ſplen- dor qđ nominis Ro. Equeſtris uero iuuentus, i heqtes Romani q; ex nobilitate iuuentū erāt. Spectaculo: Quia ſe ſpectādos populo p̄bebānt. Die lupcaliū, i die quo lupcalia celebrauit, i dies festos in honorē pānis. Lupcalia Iudi erāt ſolēnes i ſtitutia Romulo & Remo ſub mōte Palatino ubi expoſiti fuerūt. Nota eſt historia quo pacto Romulus & Remus fratres expoſiti fuerūt ab Amulio cū in ſicco unda illos deſtituiffet: ex proximis montib; Lupa deſcēdēs in pueros incidit & iſantibus mammaſ adeo miti p̄buit, ut humanū ſenſum habere uideret, ſup- uenit i tere Faustulis regis paſtor q; pueros laurēt̄ uxori ſuā educādos tradidit. Scimus deinde quom adulti fa- cti Numitorē auū ſuū occiſo Amulio i regnū reſtituerūt: & factū eē ut i ipſis locis: ubi expoſiti fuerāt lupcalia exer- cerent: qđ ludicru ab euādro antea i ſtitutū fuerat: erat at ubi eiusmodi paſtores cōgregabānſ & pelliſbus ſmolata- rū ouīū cibo potuḡ replete laſciuītes ſuicē cōcurrebat & ſe mutuis i ctibus earū pelliū pulſitabāt liceū pāna uene- rātes, hāc autē opinionē i duxerāt ut quæ mulier ſteriliſ ſe ludētibus obtuliffet & eorū i ctibus collifa fuſſet ſœcū- da efficeret. unde luue. Nec pdest agili paſmas p̄bere luperco. Oui, fast. ii. Nupta qđ expectas non tu pollentibus herbis. Nec præce, nec magico carmine mater eris. Excipe ſœcundæ patientis uerbera dextræ, iam ſacer opta- tum nomen habebit aui. Nam fuit illa dies duræ cum ſorte maritæ. Reddebat uteri pignora cara ſui, Luper-

Sed ut a luxu pditis moribus ad ſeueriſſima maiorū i ſtituta trāſgrediar: antea ſenatus aſſi- duā ſtationē eo loci pagebat: q; hodie quoq; ſenaculū appellat̄ nec expectabat ut edicto cōtrahere tur: ſed inde citatus p̄tinus i curiā ueniebat, ambiguæ laudis ciuē existimās q; debitīs. R. P. officiis nō ſua ſpōte ſed iuſſu fungeret. quia quicquid imperio cogitur: exigenti magisquā p̄ſtantī acceptum refertur.

Aliud i ſtitutum contra tribu. pl̄x.

Tlud quoq; méoria repetēdū eē: qđ trib. pl̄x. i trare curiā nō licebat: ante ualuaſ aūt poſiſis ſubſelliis d̄creta pat̄ attētiſſima cura exami- nabāt: ut ſiq; ex eis i probaffent: rata eē nō ſinerēt. Itaq; ueterib; ſenatus cōſultis. T. littera ſubſcribi ſolebat eaq; nota ſignificabāt: illa tribūos quoq; cēſuiffe: qui q; quis pro cōmodis plebis excubabāt: inq; i periis cōpēſcēdis occupati erāt: Inſtruī tamē ea argenteis uafis: & anulis aureis publice p̄abitis patiebāntur: quo talium rerū uſu auctoritas magistratuum eſſet ornatiōr.

Ovorū quemadmodum maiestas amplifica- batur: ita abſtinētia arctiſſime conſtringe- tur. Immolatarum. n. ab his hostiarum exta ad quæſtores ærarii delata ueniebānt. Sacrificiisq; P. R. tum deorum immortalium cultus: tum etiā ho- minū cōtinētia inerat: imperatoribus noſtriſ q; ſanctas manus hēre deberet: apud iſta altaria diſcentib; con- tinentiæ quæ tātum tribuebāt: ut multorum æſ alie- num quia prouincias ſincere administrauerant a ſena- tu perſolutum ſit. Nā quorum opera publicam au- cto- ritatē ſplēdorē ſuū p̄cul obtiuiffe uiderāt: eoꝝ digni- té domi collabi i dīgnū: ſibiq; deforme eē arbitrabānt.

ſe ſpectādos populo p̄bebānt. Die lupcaliū, i die quo lupcalia celebrauit, i dies festos in honorē pānis. Lupcalia Iudi erāt ſolēnes i ſtitutia Romulo & Remo ſub mōte Palatino ubi expoſiti fuerūt. Nota eſt historia quo pacto Romulus & Remus fratres expoſiti fuerūt ab Amulio cū in ſicco unda illos deſtituiffet: ex proximis montib; Lupa deſcēdēs in pueros incidit & iſantibus mammaſ adeo miti p̄buit, ut humanū ſenſum habere uideret, ſup- uenit i tere Faustulis regis paſtor q; pueros laurēt̄ uxori ſuā educādos tradidit. Scimus deinde quom adulti fa- cti Numitorē auū ſuū occiſo Amulio i regnū reſtituerūt: & factū eē ut i ipſis locis: ubi expoſiti fuerāt lupcalia exer- cerent: qđ ludicru ab euādro antea i ſtitutū fuerat: erat at ubi eiusmodi paſtores cōgregabānſ & pelliſbus ſmolata- rū ouīū cibo potuḡ replete laſciuītes ſuicē cōcurrebat & ſe mutuis i ctibus earū pelliū pulſitabāt liceū pāna uene- rātes, hāc autē opinionē i duxerāt ut quæ mulier ſteriliſ ſe ludētibus obtuliffet & eorū i ctibus collifa fuſſet ſœcū- da efficeret. unde luue. Nec pdest agili paſmas p̄bere luperco. Oui, fast. ii. Nupta qđ expectas non tu pollentibus herbis. Nec præce, nec magico carmine mater eris. Excipe ſœcundæ patientis uerbera dextræ, iam ſacer opta- tum nomen habebit aui. Nam fuit illa dies duræ cum ſorte maritæ. Reddebat uteri pignora cara ſui, Luper-

